Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Gloria patri et filio, et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper, et in secula secu-
lorum, Amen.

Initium sancti Euangelij secundum Ioannem.

In principio erat uerbum, et uerbum erat apud Deum, et
Deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud Deum: omnia
per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil. Quod factũ
est in ipso, uita erat: et uita erat lux hominum: et lux in
tenebris lucet, et tenebræ eam non comphenderunt. Fuit
homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes, hic uenit in
testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine: ut omnes
crederent per illum. Non erat ille lux: sed ut testimonium
perhiberet de lumine. Erat lux uera quæ illuminat omnem
hominem uenientem in hunc mundum. In mudo erat, et
mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognouit.
In propria uenit, et sui eum non receperunt: quotquot autẽ
receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: his qui
credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neq; ex
uoluntate carnis, neq; ex uoluntate Viri, sed ex Deo nati sunt.
Et uerbum caro factum est: et habitauit in nobis. Et
uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre,
plenum gratiæ et Veritatis: Deo gratias.